

Ann. V.

Num. IV.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

*Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.*

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr. Typogr.

LONDON W.
28, Orchard Street.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

DE BELLIS FUTURIS.....	P. Rossani.
DE MEDICIS FEMINIS	G. P.
DE HYEMIS TEMPESTATE	A. Cavalli.
TERTULLIANEA. De coronarum usu apud Christianos	I. Marra.
NIC. MACHIAVELLI SENTENTIAE.....	C. Deho.
LEONIS PP. XIII DOMESTICA VITA	Senior.
DE ROLANDI EXITIO AD VALLEM RUBETI.....	I. Antonelli.
FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE.	Fr. Xav. Reuss.
EX AMERICIS. De mercatorii Americanorum indieibus	H. Doswald.
IN PROSPECTU VITA PAR SAECULO	H.D.V. Pieralice.
ANNALES	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.....	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO	P. Angelini.
AENIGMATA.....	Fr. Palata.

In tertia operculi pagina:

VARIA: Novus de horis monens. - Caverna nova in Amerieis. - Salutationis verba diversas apud gentes. - Membra hominum venalia. - Ioci. LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

COMMENTARI "VOX URBIS,,

SOCIIS ET LECTORIBUS

IN ANNUM MCMII

In Italia:
Lib. 15, M.

DE BE

QUADRIENNIO iam assueti, diebus hisce redeuntibus quotannis et facta respeximus, et facienda promisimus; illa ut ostenderemus nos religiose fidem servasse, haec ut iucundiora sociis nostris polliceremur. Nullum quippe mortale opus est, quod ipso in exordio undequaque perfectum sit atque expolitum, ipsaque signa Mironis, affabre quamvis conflata, polientis minima limae labore et mora indigebant.

Itaque commentario nostro unusquisque annus plura attulit emolumenta, sive amplificanda indicaret, sive minuenda ostenderet, sive nova inducenda suaderet, sive penitus exterminanda monstraret. Qua quidem in re magni fuit nobis opera sociorum, qui vel missis epistolis, vel communicatis ore consiliis, vel datis elueubrationibus undique gentium nonnulla emendarunt, plura auxerunt, plurima perfecerunt. Nos autem dociles gratique tantis viris laeti accipiebamus quae mittebantur, et morem gerébamus eruditis, quorum nominibus quasi totidem stellis commentarius noster coruseat, et, audientes dicto in meliora conantium, in meliora pariter nitbamur. Ita coniunctis viribus, factum est ut ex nostratis atque exteris nemo nobis crimen impegerit, quasi promissa dedissemus, quae non ad unguem praestitissimus.

Nunc itaque quae erunt futura perspicimus laeto animo tempora, praecepimus quasi indicantes callem, per quem proximo anno gradimur. Meta quidem una est, inerementum latinitatis; quam tamen in metu, non una sternitur via. Nos neque superbe tenuisse magnis itineribus propositum finem, neque semitas creasse confitemur, contenti exiguo calle, quem ab ipso commentarii exordio inivimus. Cui quidem nec spinae, nec sentes defuerunt; sed propositi tenax animus, sed conscientia boni, sed gratia vestra, o socii, sed labor assiduus omnia vicebunt, ita ut quasi e collis apice superata spatia respicientes, non quidem ab ipso condito commentario, sed ab iis, quae superioris anni initium signarunt, lactari liceat et fructus uberes, et iucundissimos visu flores percepisse una cum laude sapientum.

Enimvero elabente iam anno auctus est commentarius figuris, elueurbationibus, nitidioribus literarum notis; auctus non medioeriter scriptorum numerus, quos inter magno cum gaudio accensuimus viros litterarum fama clarissimos. Accessit scriptorum centuria, quibus calidus iuventa sanguis fervet, et spes arridet, et est praesaga boni voluntas. Iamque hisce

sunt fortia bello
Pectora, sunt animi, promptaeque ad fortia vires;

ae tempus erit, quo non inter triarios modo, sed et inter primipilos, duesque versentur. Igitur spes magna arridet fore ut, hisce adeuntibus, et alios atque alios allicientibus, messis uberrima ereseat, et vetus gloria latinitatis tandem aliquando revireseat.

Vos autem maxime, adolescentes, illud ne fugiat, in litteris fieri, quod in aedificiis exstruendis quotidie videtis. Non unius opera, non uno lapide illa excitantur, sed coniunctione plurium; hi enim eaemta comportant, hi lapides, hi arenas, hi fontem, hi lateres, hi trabes, hi tigillo, dum illi saxa scalpis aptant, illi marmora secant, illi varia obeunt munera ut opus exsurgat ad solaria, ad tecta, ad erepidinem, ad fastigium. Ferat unusquisque vestrum quod potest, qui simul omnes omnia potestis; nam unusquisque suae regionis praestabilia novit, quae, si notarit communicabitque, coalesceat opus, et commentarius noster, cui patent omnia litora regionesque omnes orbis terrarum, dominium gentium, quod latina lingua tenet, notitiis undique suscepit, facile praferet ipso in incessu, et in fronte.

Quae igitur monumenta vel sub dio pateant, vel reperiantur effossa, quae industriis, negotiationibus, commerciis terra marique tententur, quae denique in omni genere usui hominum inventa sint, a singulis vobis expectamus, qui non mediocrem honorem apud omnes eritis adepturi ex restitura latinitate, in quam feličiter iucubustis, pelago ratem primi commitentes.

Atque haec pars auxilii est, quod flagitamus. Nam, si quid gratiae apud socios ac letores labores nostri merterunt, illud etiam vehementer petimus, ut qui nomina commentario dederunt, non ipsi modo in proposito content, sed suos inter amicos sociorum numerum quaerant. Impendia quippe enormia sunt, quibus pares non efficiemur, nisi societate multorum. His autem largienda futuro anno praemia, eademque more nostro munifica, proposuimus, quae sequuntur.

Compertum est paene omnibus, Florentiae aedificium esse fratrum Alinari proprium, in quo, artificio mirabili «photographica» plurima undique exquisita, exprimuntur. Nos iampridem ab eius officina dominis libenter concessa usi facultate sumus referendi in imaginibus Commentarii quotquot ex opificio eorum tabulae placuisse; qua quidem potestate intra urbanitatem et non sine magna lectorum delectatione haec tenus usi sumus. Hi autem Alinari fratres, qui tanta felicitate eiusmodi industria potiti sunt, per eamque, parta sibi singulari

scientia lucis, egregiam sui nominis famam undique gentium divulgarunt, experimentis plurimis patientissime adhibitis, tandem aliquando id sunt consecuti, quod ferme maximum in re videbatur, quomodo tabulis, imaginibus, locis, regionibus aptarent colores eosdem, quibus illa aut natura, aut arte essent praedita. Haec, visu sane mirabilia, Florentiae his diebus edidit apta officina, quam A. Pini moderatur, patentque metr. $0,30 \times 0,40$; quod autem super cetera movet est colorum vis, qua non squalentes apparent imagines, sed clarae, vivae, nitentes quasi e manibus egregii artificis prodierint recentissime. En autem tabularum indicem, quas nostris hisce oculis obstupescentes vidimus, quas sociis comparaturi sumus:

I. **Pallas Minerva.** — Tabula ALEXANDRI FILIPEPI (vulgo Botticelli). Est in regiis aedibus palatii Pitti, Florentiae.

II. Tabula titulo **Madonnina** auctorem habens RUPERTUM FERRUZZI. In ostentu Venetiis habito an. MDCCCXCVII celebratum hoc opus emit servatque Ioannes G. A. Leishman.

III. **Maria Virgo Mater cum Divino Filiolo.** — Tabula CAROLI DOLCI, in regiis aedibus uti supra asservata.

IV. **Magdalena.** — Eiusdem Dolci tabula est in pinacotheca degli Uffizi, Florentiae.

V. **Maria Iesum puerum adorans.** Effinxit ANTONIUS ALLEGRI (vulgo il Correggio). In eadem pinacotheca.

VI. **Idem argumentum** quod tractavit PHILIPPUS LIPPI. Ibidem.

Habebunt ex his pulcherrimis «photoeromis» unam, prout elegerint, singuli socii, qui, praeter suam subnotationem, recto tramite ad Aristidem Leonori equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem, Romanam, via Alessandrina, 87, persolutam missamque, novam subnotationem eum eiusdem pretio miserint. Quot autem erunt subnotatores novi, totidem photoeromias iuxta optionem accipiet qui ipsos procuravit. Qui vero novos subnotatores miserit duos, hic vel duas, quas maluerit, photoeromias eliget, vel tertiam sibi subnotationem nullo pretio.

Proposita haec dona, quae sociis futura grata confidimus, animos addant ad latinitatis causam tuendam, quae optimo cuique est causa humanitatis.

VOX URBIS.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italiam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE BELLIS FUTURIS.

COMMEMORATA in superiore nostri Commentarii numero illustrum inter virorum occasum Ioannis de Bloch mors, praeter spem atque vota immritis, auspicia et praeensiones de futuro bello, deque cruenta eius facie mihi in mentem revo- cavit. Quod quidem, uti innuimus, non semel adeo immane facinus Ioanni illi, res per partes suppeditanti, ita est visum, ut iam neminem populum, neminem Caesarum regumque satis audacem crediderit, qui primus facialis hastam in hostium fines propulset; auctorem tamen principem in eo vidimus, qui evulgato de bello atque de pace clarissimo libro, auctoritatem apud Russorum Caesarem tantam nanciseretur, ut ad Haganum coetum edicendum impulerit, quo de pace perpetua firmaretur universum edictum.

Atqui merito vir ille eupiebat, humanam fortunam commiserans, horridos belli dies eorumque gesta a nostris saltem litoribus arcere in aeternum: neque illi culpae tribuendum, si forte ea res non cesserit qualem ipse conceperat ac Russorum Caesar voluerat. Res enim ipsa docet, docetque experientia, omnium magistra, quam faciem tetricam futurum proelium sit habi- turum, docet tutissima voce disciplina bellicarum rerum, quae et ballistas et ignitas pulvres conficit in dies novas, potentiores in necem reddens constanti conatu et aemulatione.

Vana sunt enim specimina inanesque species, quae exercitandarum legionum causa florentia nostra per arva, canicularibus plerumque diebus, cives admiramus. Neque per ea mortiferi glandes sibilant invisibles minas, neque decidentium gemitus exaudiuntur, vel morte pallescunt ora vulneratorum, vel per virentes herbas rubescentes funduntur sanguinis rivuli, aut dilaniata plumbo membra conspicere datur. Praesto contra accedit recens usus, isque plane miserandus, quem Transvaalianis ex finibus diaria ephemeridesque tradunt. Quae enim in omnium iam morem diffusae gestantur passim a militibus ballistae fistulis ex chalybe subtilissimis munitae, adeo recta via adeoque cita et vehementi glandem emittunt, ut signum attingere quamvis longissime dissitum, et quamvis parvum exacto tramite valeant, neque tan-

tillum aberrent. His iaculis pauci quidem suae artis periti milites ingentem hostium vim a congressu diutissime arcebunt: neque fumus obstat, quo antea tuto indicio ubi iaculantes abderentur facile cognoscetur: mox invisibili ex oppido, et tamquam ignoto fato, mors erumpit, per campum circumvolitat, non aliter plane, quam cum pharetratus Apollo actus per nubes invisibili curru in Troadis litore castrametantes Argivos iratis petat. Quare ab Anglis quoque, agmine distento atque rarefacto quam maxime, ita semper pugnatum est, prouti numquam ante in Londinensi campo Martio va- cantes exercitiis legionarii assueverant.

civis, quae res publica satis opulenta tantam fortunarum iacturam ferat?

Quae denique, dum passim duces imperatoresque et tribuni novas struunt machinas ad hostes inopinata mente necandos, Ioannes ille meditatus est, per partes deinde expendit, exposuit singillatim. Ad quid, igitur, si vera sunt, tot armorum totque alendorum militum, omnes terrae gentes alia in aliam instructae, ferimus onus, impar titanis quoque humeris? Ecur cotidie in divitiarum exitium vectigalium pondera, quae sustinet miserrima plebs, ingra- vescunt?

P. ROSSANI.

DE MEDICIS FEMINIS.

TEMPORIBUS, quae nunc sunt, quum in dies magis magisque percrebrescat opinio, qua (*feminismi* nomine imposito) in omnibus et disciplinis et artibus pares viro mulieres vindicentur, non abs re puto etiam commentario nostro quasdam elucubrationes inserere, quae propositam quaestionem attingant. Ut autem quisque videat me pacato rem aggredi animo velle, id hodie praepono quod maximum feminis deus est, et vindicabile iisdem ius, opportunitatem et idoneitatem mulierum artibus medicinae ac disciplinis, quibus et infirmis adsint, et ipsos curent, et ita faciant, ut quam citissime convalescent. Natus enim a muliere sum, et sorores, et affines, et consanguineas, habeo mihi carissimas, et matre meae duleissimae talis fui, ut nunquam ipsi moeroris causa extiterim, atque ita colui, ut quasi Deum alterum ipsam quotidie intuerer; et si quis in studiis adoriet, persequendis, si quis in proficieendo, in recte faciendo, in virtutibus adipiscendis mihi unquam stimulus, hic non ab hominum iudicio et existimatione, non in gloria apud homines, etsi insignes et celebres, quibuscum saepe versabar, sed unice in oculis matris meae laetantibus, sed unice in verbis eius mihi benedicibus reponebatur. Propterea quicquid sum, si tamen quid in mediocritate mea sum, totum sanctissimae matris meae debere me fateor, cuius me recordatio quotidie sequitur, tenet, occupat; et libenter in labia redeunt, aptanda memori filio verba Prophetae: « Adhaereat lingua mea fauibus meis, mater; si non meminero tui, si non proposuero te in conspectu laetitiae meae».

Iamque in primis statuo mitem, natura ipsa duec et inclinante, esse mulieribus animum ab

inis famam un-
perimentis plu-
ndem aliquando
maximum in re
maginibus, locis,
dem, quibus illa
dita. Haec, visu
ebus edidit apta
tatur, patentque
m super cetera
squallentes ap-
vivae, nitentes
is prodierint re-
m indicem, quas
es vidimus, quas-

ALEXANDRI Fi-
st in regiis aedi-
ae.

auctorem habens
ostentu Venetiis
celebratum hoc
G.A. Leishman.
Divino Filiolo.
n regiis aedibus

DOLCI tabula est
i, Florentiae.
orans. Effinxit
l Correggio). In

traetavit PHI-

mis « photoero-
nguli socii, qui,
ecto tramite ad
commentarii VOX
istratorem, Ro-
olutam missam
eiusdem pretio
notatores novi,
tionem faciebat
os subnotato-
quas maluerit,
sbi subnotatio-

iis futura grata
initatis causam
est causa huma-
OX URBIS.

ipsa ineunte pueritia, quo, maternam quasi praesentientes pietatem, pupis suis ea reddunt officia, quae postea filiis filiabusque, et neptibus et nepotibus matres et amitae et aviae benignissimae praestabunt. Hinc simulate aegrotantibus praesto esse, pulvillo componere, lectulum reficere, restaurare, sorbitiones, medicamenta blandiloquae afferre, suadere ut suscipiant, tum exsultare quasi convaluiscent, invicem de recuperata valetudine gratulari, inter brachia, in ulnis certatim comportare; mox apparare convivium, epulas fingere, collocare discumbentes; se denique gerere tales in fietis, quales unusquisque nostrum expertus est, quoties, infirmitate oppressus, matrem, aviam, amitam circa se vident omnia tentantes, omnia exhibentes homini, quae pupis antea praestitissent. Quin etiam in vicis, in pagis montosis, ac praesertim in iis, queis aut non est, aut infrequens medicus (quae vidimus quibusque interfuiimus quippe narramus), vetulæ quaedam sunt gnarae, plerumque ex tradito familiariter areano, virtutis occultæ quarundam herbarum, quae pueris, præ reliquis, aegrotantibus medicinam faciunt sive taenia, sive lumbricis, sive peste alia ventris laborent, sive carbunculo, sive tumore, sive pustula afficiantur; et quidem raro trahit puellos mors, si praescripta Heeubae huius asservant adstantes. Age iam, si curatio fiat, si salus redierit, quid est, quaeso, inter Sibyllam hanc et medicum virum, praeter chartam labore, studio, impendio in athenaeis expertitam, ab athenaeis concessam? Dicam, quae silentio meliore cohinda et condenda essent: saepissime in hasce furit, saevitque lingua medicorum; hinc nihil mage obvium, quam ira et furor muliebris in eos.

notumque furens quid foemina possit;
hinc in vicis illae Catilinariae coniurationes in medicum, cui proinde nulla salus, et requies nulla, nisi opportune capiat honestam fugam.

Ego quidem velim ut sti muneric memor medicus – ad salutem enim, non ad aemulationes et discordias vocatus et conductus est – velim, dieo, ut arrideat auxiliantibus, et patiatur in virtutibus herbarum habere magistras, quas non annorum, sed saeculorum experientia firmavit. Minime interest unde auxilium veniat, nec ferentes opem ideo reiiciendae sunt, quia superbiae nostræ non pares videntur. Quidquid vero in hoc est, illud tamen exploratum habemus, inesse feminis delicatissimam indolem, qua infirmis et beneficæ adstant, et adstante cupiunt, vigiles, domisedae, benesuadæ, blandæ, maternæ: neque id in vicis et oppidis, sed in principibus urbibus ubique gentium, ubique terrarum; quo factum est ut maximi apud omnes sint prodigia illa Christianæ caritatis, quae in nosocomiis, in privatis domibus, in aequo pugnarum eruentissimarum, haud aliter ac in solitudinibus Asiae et Africæ, passim infirmis, languentibus, morientibus adsunt. Hae autem dum advigilant singula in infirmo notantes tum interdiu, tum noctu, medicum redeuntem de mutationibus, de indiciis, quotquot et quaeque in decubente deprehenderint, certum faciunt; quin etiam in repentinis et ipsæ medicamenta iubent pharmacopœiae, prout experientia monuit, et subita applicant egenti.

Quaeso, quid est hoc nisi illud Hippocratis (1): « Nec satis est medicum suum fecisse officium nisi suum aegrotus, suum adstantes et faciant? »

Addam denique, quod amplissimum et gravissimum est, Christiano instinetu non ea, quae contra naturam sunt, instrui, praedicari, foreri; sed ea, quae in natura sunt bona, perfici, ornari, ad fastigium bonitatis et perfectionis adduci. Propterea cum et Christiano instinetu, et sententia supremæ auctoritatis collegia illa Sororum Caritatis habeantur, comprobentur, provehantur, deducendum iure est esse in optima feminarum indole quod aegrotis adsint, quod iuvent, quod prosint opere, sedulitate, medicamentis, et insuper omnibus, prout morborum impetus, et opportunitas loci ac temporis postulabit. Cui qui obtemperabit indoli, qui favebit, ille naturam optimam ducem sequetur, et recte et laudabiliter faciet; qui vero compresserit, increpaverit, prohibuerit, ille a seelere non longius abibit, et merito vituperabit a quamplurimis; a nullo homine profecto laudabitur.

Haec itaque sufficere posse speramus iis, qui penitus in praesentiarum tantummodo, veterum incuriosi, ea praedicant veluti recentium miracula temporum, quae sunt fructus antiquissimarum aetatum. Quos ita praedicantes nova ista portenta audivimus, tum in illo Berolinensi medicorum conventu ad glorificandum Virchowium coacto, tum in ceteris huiusmodi, qui modo hie, modo illie habiti sunt, quibus et pleraque medieae feminae interfuerunt.

At non recte gloriantur. Quid enim dicam de barbaris? Etiam apud hos, certe apud incolas insularum Marchesi, mulieribus et sacerdotale et medicum munus erat.

Nupera tamen commemoro. Nam si voluero repetere, quae ostendit spatium vetustissimi temporis, Medeae primum tribuenda videtur invectae hydrotherapeuticae curationis laus, et, si Homero credimus, mille eireiter ante Christum annis sua perflanti poemata, flavieoma Agameda et speciosa Helena salutarium calabant artem plantarum, ipsaque utebantur. Senior Plinius in sua naturali historia medicarum mulierum nomina apud priscos celebrium promittit, quas inter praecepue laudanda Origenea quedam emophysis curatione insignis, cui sese, præ morbis reliquis, morbo exterminando dierat.

Saeculi post Christum IV scriptores medicarum saepe faciunt mentionem feminarum, inque ipso libro *Latinarum Inscriptionum* nomen habetur Seantiae Redemptae, domo Capuae, incomparabilis mulieris, nec satis unquam vita laudabilis, quae medieae disciplinae magistra exstitit. Quinimo et Tarragoniae monumenta sunt sculpta marmore, quibus traditur defuneti lamentum, quippe quia infirmitate usta, consumpta fuerint demortui viseera, nec medieae mulieris ars potuerit morbum avertere. De Theodosia, saeviente Dioctiano passa martyrium, seimus fauste in medicinam ineubuisse. Ioannes Chrysostomus narrat se Nicerata, Constantiopolitana medica, sanatum. Fabiola videtur agmini medicarum inserenda, etius vitam aureo stilo deseripsit ille Hieronymus, Wiseman autem Purpuratus Pater fabulam illustrem conseruit.

(1) In *Aphorismi*, I.

Haec enim « prima omnium *νοσοχορείων* instituit, in quo aegrotantes colligeret de plateis, et consumpta languoribus atque inedia miserorum membra refoveret » (1).

Saeculo XI narratur de Rodulpha Malacrona Utiae medica, narratur de Trotula Salerni, – ubi athenaeum illud medicorum laude celeberrimum –, quae in urbe ipsa singulari fama florebat. Carolus, Calabriae Dux, litteras, ineunte XIV saeculo, Franciseae, uxori Matthei De Romana, dabat, quibus medicinam exercere licet: cautum tamen in iis est ne viris faceret. Et quidem aevo, quod medium dicimus, omnes fere Italiae urbes medica sua gloriantur: Pinerolus Ghilietta, Venetiae Beatrice vidua Gherardi Cretensis, Augusta Taurinorum Leonetta, Neapolis Maria Incarnata, Florentia Catharina, medicorum principe in nosocomio; Iacobæ, cuius mira narrantur saeviente pestilentia an. MCDLXXIV; Antonia Israelitæ Daniel filia. Bononiae Dorothea Boechi medicinam in athenaeo docet; Patavii Adelmota, Castrovivi Comitissa, maxima inter medicos habetur. Romae autem ita florebant, ita Italia penitus omnis iis abundabat, ut Xystus Pontifex IV decretum fecerit, quo mulieres, nisi scripto protestatem curandi adeptae fuissent, quominus medicinam exercerent impediebantur.

Iam praetereunda videntur nomina proximarum, quae scilicet vix CL a nostris vixerunt annis; nempe « anatomiae » magistræ in Bononiensi athenaeo Petracinæ, Zaffinæ, Perretiae, Mastellariae, Mariae Daledonne.

Quod si apud extereras gentes quaeramus, nova messis præ manibus. Apud Germanos vates vetustissimos mulierum medicarum magnæ sunt laudes: in Anglia Edgardus Rex feminis medicinam exereendam concessit, Henricus V postea vetuit; apud Polonus haetenus in populo laudantur Ioanna et Catharina, et Halpiria. De Elisabeth ex Hungaria, Casimiri Magni sorore, seimus medicamentum invenisse, quo rheumatici dolores arcerentur; apud Hispanos Oliva Sabueo in laude est, et Anna De Osorio, Comitissa de Chinchon, quae Peruviani corticis, vulgo *china*, febrifugam vim – a Peruvianis enim didicerat – totam per Hispaniam, Lusitaniam, Italianamque propagavit, docuitque circa pharmaceutum istud novum Lugo Cardinalem, qui hoc utens aegrotantes in Pontinis Paludibus sanabat. In Gallia Iacobæ Felicia Medica, una!, ausa est contra academiam Montis-Pessulan stare, magna cum laude; tum De Chatellet, D'Argenson, D'Areoville, Biheron, Boivin magnum sibi in medica arte nomen compararunt.

Neque finem imponam, nisi tria prius commemoravero nomina aeternitati iam ab inde inter medieas feminas consecrata: Catharinae Bowler herniis sanandis celebris saeculo XVII; Ioannæ Stephens eodem tempore, quae stomacho laborantibus tanta visa est, ut Anglica respublica centum et viginti quinque millibus libellarum pharmaci secretum ab hac inventum emerit. Quod quidem pharmaceutum inesse aquis Viehy naturaliter, pharmaco perpenso et seruato, medieci Parisiensis academiea compererunt; unde aquis fama, locoque frequentia: Montagne denique, atque haec ex Anglia pariter, quae

(1) S. HIER., Epist., lib. III, ep. X ad Oceanum de vita Fabiolæ, § V.

Arabicam pustulæ ex variolis primæ puerorum atque vanuntur.

Haec qui pacem concedet: I. No arte imbuī; II. in medicis ribus; III. in medicis non sine laude.

Quae supersumus rabimus opportu-

DE HYEME

Ne nimium fluxas;
Dic: *Quis non*
Et brumale riget
Atque hyemis p
Non pratum flore
Nunc arium d
Nunc patylas flet
Non ludunt fac
Iam tundunt Alp
Albescant colle
Segnus ipse inve
E caelo at pra
Lympha strepens
Has nunc durat
Et puer adstricto
Clamitat irride
Nunc orbes pueri,
Lusu nunc disce
Impiger ast puer i
Quem allicit arg
Pieriis nam gaude
Virgili et Cala
Artibus ingenuis p
Auternum et Nu
Semperque hi sens
Molli quos scribi
« Singula ne refer
Pectoris excepti

TER

De coronarum

In tanta luce s
Diebus, quibus
industriæ poterat
historiam maiori
runt, non inutile
veterum Christian
memoriam renovat
est enim, vel medi
ris, qui ignoret v
eum ab omnibus,
sed aliquam saec
nem involventibus
etiam a coronis f
abstinentium?

Ac quidem, qui
nigre lector, ea v
rona faciunt tum M

(1) Octav. cap. 38: « *Et* molibus ac solutis, et caput non coronamus, sed ducere non ocepsit e

(2) *De Lapsis:* « *Ab* velabantur, sacrificante
berum mansit. Frons e
ferre non potuit, corona

vocorum institueret de plateis, que inedia miseratur.

dulpha Malaco-
de Trotula Sa-
medicorum laude
sa singulari fama
litteras, ineunte
ori Matthaei De
nam exercere li-
ne viris faceret.

m dicimus, om-
sua gloriantur:

Beatrice vidua
Taurinorum Leo-
ta, Florentia Ca-

in nosocomio;

saeiente pesti-
lia Israelitae Pa-
pechi medicinam

delmota, Castri-
medicos habetur.

ca Italia penitus
tus Pontifex IVth

, nisi scripto po-
ssent, quominus
bantur.

omina proxima-
nostris vixerunt
magistrae in Bo-
z, Zaffiniae, Per-
Dalledonne.

quaeramus, nova
Germanos vates
um magnae sunt
ex feminis me-

Henricus V po-
tenus in populo
a, et Halpiria.

imiri Magni so-
nisse, quo rheu-
Hispanos Oliva

De Osorio, Co-
ruviani corticis,
a Peruvianis

ispaniam, Lusi-
doenique circa
Cardinalem, qui

tinis Paludibus
a Medica, una,

Montis-Pessulan-
a De Chatellet,

ron, Boivin ma-
en compararunt.

tria prius com-

iam ab inde

ta: Catharinæ
saeculo XVII;

, quæ stomaeho

Anglica respu-

millibus libel-

hac inventum
m inesse aquis

erpenso et scrupu-
re compererunt;

tia; Montagne
pariter, quæ

Arabicam pustulam oppugnandam inserto tabo
ex variolis prima docuit: quo facto miriades
puerorum atque hominum hactenus a morte ser-
vantur.

Haec qui pacato cogitaverit animo, duo nobis
concedet: I. Novum non esse feminis salutari
arte imbui; etenim hoc iam ab inde in mor-
ibus; II. in medicina saltem feminas eum viris
non sine laude de principatu certasse.

Quae supersunt in reliquis, tempore considera-
bimus opportuno.

G. P.

DE HYEMIS TEMPESTATE

*Ne nimium fluxae mortales credite formae;
Dic: Quis non adsunt propria grata bona?
Et brumale riget glaciale frigore tempus;
Atque hyemis pigrae tempora nomen habent.
Non pratum flores, nec frondes poma decorant,
Nunc arium dulcis cantus ubique silet.
Nunc patulas flet nymphæ comas et floscula tellus,
Non ludant faciles Naiadesque lacu.
Iam tundunt Alpes spirantes frigora Cauri,
Albescunt colles, candidus horret ager.
Segnius ipse invectus equis subit aethera, Titan;
E caelo at praeceps aequora tuta petat.
Lympha strepens dudum concrescit, frigore vincita,
Has nunc duratas unguia pulsat equi.
Et puer adstricto glacie aequo ludit in amni,
Clamitat irridens territus ipse pater.
Nunc orbes pueri, nunc horrida corpora fingunt,
Lusu nunc discunt proelia dira virum.
Impiger ast puer hoc nunquam non tempus honorat
Quem allicit arguto docta camena sono.
Pieris nam gaudens Musis lucere versu,
Virgilii et Calabri carmina pone subit,
Aribus ingenuis pergrandi indulget amore
Aeternum et Numeri discit amare puer.
Semperque hi sensus stant alta mente reposti
Molli quos scribit ferenda Musa modo:
« Singula ne referam nil non mortale tenemus
Pectoris exceptis ingenique bonis ».*

A. CAVALLI.

TERTULLIANEA

De coronarum usu apud Christianos.

I.

In tanta luce studiorum hisque praesertim
diebus, quibus tot erudit homines quidquid
industriæ poterat impendi ad Christiani coetus
historiam maiori lumine illustrandam contulerunt,
non inutile erit heic disciplinae cuiusdam
veterum Christianorum propriae præcipuaeque
memoriam renovare. Rem dico vulgatam. Quis
est enim, vel mediocriter sacris imbutus litteris,
qui ignoret veteribus illis Christifidelibus
cum ab omnibus, ceteroquin etiam innocuis,
sed aliquam sacrorum ethnicorum communio-
nem involventibus, signis et ornamenti, tum
etiam a coronis floribus nesis omnino fuisse
abstinentium?

Ac quidem quin in mentem nunc tibi, be-
nigne lector, ea veniant verba, quae de
corona faciunt tum Minucius (1) tum Cyprianus (2),

(1) Octav. cap. 88: " His enim (floribus) et sparsis utimur, molibus ac solutis, et sertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite: auram boni floris naribus ducente non occipito capillisve solemus haurire. "

(2) De Lapsis: " Ab impio scelleratoque velamine, quo illic velabantur, sacrificantium capita captiva, caput vestrum li-
berum mansit. Frons cum signo dei pura diaboli coronam
ferre non potuit, corona se domini reservavit. "

idque praesertim totum de corona conscriptum
Tertulliani opusculum nullus dubito: ex te,
quem acri subtilique esse praeditum ingenio
mihi facile persuadeo, hoc tantum nunc quaero,
utrum operam aliquando dederis, ut bene pe-
nitusque causam perspiceres cur christiana di-
sciplina coronis vivis floribus capit nensis inter-
dixisset, an re tantum acquieveris. Nam mi-
rari sane admodum licet quanta vi quantaque
animi permotione Tertullianus ille, coronarum
prorsus, paene dicam, evisor (1), in eos in-
vexerit Christi delicatulos milites, qui non posse
tantum coronam accipi, verum etiam retineri
oportere contendebant. Quam acerrimam animi
indignationem, per totum fere effusam libellum,
cum hic illie, tum maxime in primis Tertulliani
verbis deprehendi posse vix quisquam
inficiabitur, qui animum parumper ad ipsum
dicendi genus adverterit, adeo astrictum ultra-
que modum contractum, ut Tertulliano quidem
ea congruere videantur verba, quae Cicero ille
ad Hegesiae sermonem subtiliter exprimendum
adhibuit ita iocans: « Saltat Hegesias incidens
particularis (2) ».

Neque falso praedicare videor, ac gratum
fortasse lectoribus fecero, si hic prima afferam
libelli verba, praesertim cum occasio ex ipsis
elueat, qua motus africanus scriptor librum
De Corona præclara reclamatione conscripsit:
« Proxime factum est. Liberalitas praestantis-
simorum imperatorum expungebatur in castris;
milites laureati adibant. Quidam illie magis
dei miles ceteris constantior fratribus, qui se
duobus dominis servire posse praesumpserant,
solus libero capite, coronamento in manu otioso,
vulgato iam et ista disciplina Christiano, re-
luebat. Denique singuli designare, eludere emi-
nus, infrendere cominus. Murmur tribuno def-
fertur, et persona iam ex ordine decresserat.
Statim tribunus: — Cur — inquit, — tam diver-
sus habitus? — Negavit ille sibi cum ceteris
licere (sc. corona uti). Causas expostulatus: —
Christianus sum, — respondit. — O militem glo-
riosum in Deo! »

Verum ad id ut veniam, de quo nunc maxime
agit, pauca ante omnia de Tertulliani ingenio,
moribus, doctrina memoranda sunt, quae ad opti-
me libelli rationem intelligendam eo magis ne-
cessaria videntur, quod illud in primis persuasum
habeam, communi quodam vinculo Tertulliani
scripta eiusque animi indolem inter se adeo con-
tineri, ut qui bene Septimianarum operum ra-
tiones velit intelligere, necessario et ipse ad
scriptoris vitam ac mores animum intendere de-
beat. Constat enim in primis, et communis om-
nium, nemine hactenus refragante, sententia fuit,
Tertullianum ex ethnico ad Christi fidem se
convertisse (3), ut ipse testari videtur ex. gr.
in *Apol.* cap. XVIII: « Haec et nos risimus
aliquando. De vestris sumus. Fiunt non na-
seuntur Christiani »; tum etiam (*De Poenit.*):
« Hoc genus hominum, quod et ipsi retro fu-
imus, caeci, sine domini lumine ». Atqui christi-
anistus ille factus, cum non magno sine animi
dolore cerneret Christifideles tanta iniuritate ab
ethnici vexari et occidi, ut nec sibi palam se

tueri, nec iudicibus eos publice audire licaret, ad
ipsorum causam agendam fanatico quadam fu-
re aggressus est, cunetas quidem philosophorum
seetas omnesque eorum disciplinas, omnem
historiarum ac studiorum varietatem mira qua-
dam mentis capacitate complectens.

Sed ea erat austero isti homini ultraque mo-
dum rigido insita animi imbecillitas, ut quo se-
veriora essent quae ad vitam moresque perti-
nerent, eo magis ista adamaret, crederetque
tanto magis probata fore deo et consentientia
cum Christianorum perfectione; quam ob rem
ut aetate progrediebatur, ita in dies pertinaci-
orem sibi asperioremque naturam induebat,
usque adeo ut, sectatorem et ipsum, nulla ab-
rupta mora, sese Montani illius praebuerit, qui
ut cetera taceam, doctrinam apostolorum sup-
pleri novisque præceptis ecclesiac disciplinam
severiorem perfectioremque reddi posse contendit.
Atque ex hac in primis multa et animi et
morum severitate illa videbatur quaedam animi
indignatio effluere, per totum effusa *De Corona*
libellum, in quo subducti supercilii homo ille
severissimus quemvis damnavit coronarum usum
Christianorumque odio quodvis coronarum genus
subiecit. Et considera, lector: cum scilicet com-
munis fere omnium sententia sit, *De Corona* li-
brum prima et indubitate errorum Montanisticorum
vestigia sibi impressa habere, haud a vera
longissime ratione videor abesse, si dicam sen-
tentiam illam ex eo quidem magis magisque
fultam videri, quod disserentem de corona Ter-
tullianum non eum sane placidum, modestum,
cedentem audimus, sed austernum, vehementem,
ira adversus secus sentientes mirabiliter incen-
sum, ut fere solent ii, qui modo ad disciplinam
aliquam progressi plurimum sibi sapere videntur.
Quibus praemissis, ad singula nunc denique
descendere iuvat.

(Ad proximum numerum).

JOSEPHUS MARRA.

NICOLAI MACHIAVELLI SENTENTIAE

DE OTIO ET DE CORRUPTA CIVITATE.

▲ Plerumque desides maximo sunt perturbatoribus auxilio.

▲ Otio adolescit iuventus, perditisque moribus omnis
securus, et aetas replentur infirmitate legis licet opti-
mae, consuetudine corruptae.

▲ Insuper ea apud cives potior avarities, eaque non
verae gloriae, sed turpium honorum cupiditas: hinc
odia, simultates, contentiones, factionum partes, magno
proborum moere, malorumque civium elatione; probi
enim sua freti innocentia, non patronos, nec vindices,
improborum more, sibi queritant: adeo ut omni auxilio
destituti, in perniciem ruant.

▲ Adde studium et potestatem partium, quas improbi
avaricie et ambitione, boni necessitate sequuntur: praeterea
perniciosum est, partium auctores in honesta con-
silia ac proposita piis verbis obtegere.

▲ Adde non pubbliche, sed privatae utilitati indici
ordinis et leges.

▲ Et bella, et paces, et foedera non communi gloria,
verum paucorum placito decerni.

▲ In civitate hisce perturbationibus pressumdata iā
constant docemur experientia, leges, statuta, civiles
ordinis, aliaque huiusmodi, semper uno dominantis
factionis arbitrio esse constituta pariterque constitui.

▲ Maxime interest se ipsum noscere, suique animi
suaeque sortis vires metiri.

Latine redditit C. DEHÓ.

LEONIS PP. XIII DOMESTICA VITA⁽¹⁾


VERITATIS proprium et singulare id est, ut, eum commenta fabulasque quotidie deleat dies, illam quotidie dies, quotidie usus confirmation. Equis enim ignorat insignem sapientissimi viri sententiam, qua interrogatus decretivit pessimum reipublicae fore virum, qui patrem-familias sese domi talem ostendat; qui autem in administranda regenda domo optimus diligensque paterfamilias habitus sit, hic in regenda administrandaque republica optimus pariter sit habendus? Cui dignae monumento sententiae caussam addens, aiebat domos familiarsque singulas, quamquam exiguae, totidem esse tamen respublicas; respublicas autem, regna et imperia totidem praeferre ingentes familias, ingentes domos.

Consideranti itaque mihi Leonis XIII Pontificis annos, et praeclara, quae gessit, meditanti, ia summo viro, qui prudentiae, sapientiaeque amplissimae laude tot diversa populorum ora complevit, illa eximia sane videntur assurgere,


Senior aetate gravis, virtutibus ingens, in conelavi, ubi et in studia incumbere solet, et scribere diu, supra chartarum folia, propria exarata manu, sedulus colligit et in arca reponit, cuius nulli hominum ne visu quidem cognitam, clavem penes se noctu et interdiu gerit. Cupisne scire quid scripserit? Totius Orbis Catholici curae, instantes quotidie Pontifici, aequa lance et consilio summo perpensa, maximam nocturni eius laboris partem conficiunt. Post haec, quasi ad recreandum animum, carmina, hic illie vel nova Musa profudit, vel operosae limae industria argumentosus polivit. Iam quod Pontificis munus est, quod summi Pastoris sollicitudo, senior absolvit, iam quod eruditissimi viri, quod latinitatis aureae cultoris praestantissimi potest haberi, omne absolvit, et Leo hic, cuius rugitu ultima regionum litora quatuntur, somnum corpuseculo concedendum tandem aliquando deerevit. Cubiculum somno *ſacrum* ingreditur, ibique coram Deo

timus iam ante ostium est: iam, dum Pontifex intus recludit interiorum portam, exteriorum ille aperit: at semper Pontifex aliusque et idem apparet. Quae corporis, quae capitis, quae vestimentum sunt, ille curat assiduus, ac demum Sacerdos maximus candida amictus toga, pulcherque gemmata eruce ante pectus, aureae catellae suspensa, invante famulo in proximum sacellum latus incedit; ibique coram altare super serico pulvinari provolutus in genua totus est in precibus recitandis ante Missam de more. Has ubi explevit, ad nutum adveniunt camerarii praesules, quorum opere sacerdotalibus induitur vestimentis saeculum facturus. Quod ipse dum peragit, quanta in voce maiestas, in ritu disciplina, in gestu gravitas, in ore caritas! Ita, ut, qui semel viderint celebrantem, qui litantem semel audierint, nunquam animo quae videre et audiare se deponere posse testentur.

Divinis hisce absolutis, depositisque sacerdotalibus, quae ad altare sunt, indumentis, de-



Vestibulum ante Oratorium Leonis PP. XIII.



Cubiculum a studiis Leonis PP. XIII.

quae in privato fulgent atque fulserunt; atque optimum eos ego iudico facere, qui dum praeclara tradunt, quae Ille patrat in solio, quae privatus in conelavi agit fidei calamo non praetererunt.

Hos itaque hodie sequar: sitque cultus indicium, quo omnes gentes Senem mirabilem Sacri Principatus Petri annos iamiam attingentem, his diebus prosequuntur.

Dimidia suadente requiem nocte, minor, uti par est, ubique in Urbe gentis frequentia; at eorum Vaticana Basilica penitus nulla. Muta circumstant omnia, et exsilientium fontium tantummodo rumpit aërem sonitus in immensa platea. Aeneae sacri Palatii portae Helveticus custos ferrea vecte conclusit, munivit, et tacitus vigilat intus. Videsne, lector, in excelsa mole fenestram, dum reliquae sunt in tenebris, interiore luce distinctam? Illie meta nos manet. Quem hominem Leo Pontifex sibi famulatu accessivit, totque iam per annos tenet fidissimum, dimissus domum dormiturnus et ipse abivit.

(1) Imagines, quae scriptum hoc explanant, photographice expressit F. DE FEDERICIS, Summi Pontificis "photographus".

solus ipse quasi humillimus inter levitas, quasi homo, quasi puer adhuc indulget precibus, quas forsitan a matre ab infantia accepit, et memor servavit sive adolescentis doctrina institueretur, sive sacerdos oraret pro populo, sive legatus, sive episcopus negotia publica gereret, ovile regeret, et pollens utroque iure iudicaret.

Quae ille tunc verset animo ne quaeramus. Seniles profecto genas lacrimae rorant, tenduntur in eaelum supinae manus, crebrisque suspiriis altae silentia noctis obmurmurant. Surgentem inde eum animo concepio, fenestram lente petentem, unde late prospectus in Urbem est somno sepultam; tunc sacra attollere dexteram, minus annis quam animae cordisque motu trementem, ac dilectae urbi quiescenti benedicere!... Liceat nunc requiescere, o Pastor; vigiles aderunt angeli sanctissimae custodes animae, aderunt tutela corporis angeli, dum in pace membra componis!

Et iam a noctis dimidio septimam reuinunt horam campana aera, sive ex horologio Vaticanae Basilicae graviores tonant, sive argenteae tinniunt e minoribus templis. Cubicularius in-


seendit ab ara, atque genibus flexis ad agendas gratias moratur, donec sacerdos alter sacrificium conficiat. Verum inter haec voces interdum e Pontificis pectore exsurgunt, quas cohære ipse non valet, quasi exelamet anima ad Deum gemitibus inenarrabilibus, quasi taedeat, doleatque, quasi suum ipse paveat munus, immane pondus mortalibus humeris, et a Numine, cuius vicem tenet, vim virtutemque postulet et oneri parem, et parem hostibus undeque secatibus! Resonant gemitibus iis aurata sacelli laquearia, gelidusque tremor currit per ossa audentium et videntium; nunquam enim nee usquam tantus appetit, quantus in illa pree intelligitur.

Nona iam hora, a sacello in habitaculum demigrat; festinat Pater ille Purpuratus, quem ipse negotiis publicis praefecit, et, leni iuseulo vix sorbillato ut corpus reficiat, ad sese admittit de multis variisque rebus cotidie relaturum, quem deinde sacris aliis magistratibus praefecti, iuxta ordinem, sequuntur. Saepe vero eum plures exspectant filii undeque venientes. Tunc optimus Pater, morem gerens di-

lectis, in
enim singulos
plurimi in
magnae men
unumquemque
regiones, sup
quaerens de
adsint, his b
« Sinite parvu
in vultu mai
gestu gravita
serenis facies
est, et vix fa
eo sit memor
rumque recor
si redierint v
appellet sing
nerunt memo

Quibus di
more acturus
quae nocte i
illo penetrali
aut divitiaru
heie imagine
est, cui superi
tae, calami, r
optimo pulve
viribus, defess
interdum exci

Assedit ita
folia, quae pr
ad limam rev
nec periodum
Indeque man
cyclicarum, et
laudantur, au
Ciceronem, au
stremum Leon
aetatis auctor
hora fatiseant
non certe opip
bitione enim
tyro. Quid fr
tempus conces
via; et Pontif
ut ita dicam, e
ibi villam pa



Cenatio Leonis PP. XIII.

lectis, in bibliothecam plerumque prodit (ibi enim singulos nobiliores solet suscipere; si autem plurimi in Aula Regia, sive Ducali), et adnixus magnae mensae, brevi tamen sermone usus, unumquemque alloquitur super patrias cuiusque regiones, super nomen et cognomen rogitans, quaerens de domo, benedicens, et, si pueri adsint, his blandiens, memor Illius qui dixit: « Sinite parvulos venire ad me ». Aeterna tamen in vultu maiestas, solemnia in ore verba, in gestu gravitas, nec moerorem, neque laetitiam serenis facies oculis praferens. Mirabile diutu est, et vix facile credendum puto quantum in eo sit memoriae, quanta polleat hominum rerumque recordatione, ita ut quos semel viderit, si redierint vel plures post annos, et nomine appellent singulos proprio, et regionis unde venerunt memor sit, ac diligenter inquirat.

Quibus dimisis, in sua redit, quotidiana de more acturus, et studia iterum petiturus, in quae nocte iam alta incumbebat. At quid in illo penetrali creditis esse, quod aut luxum, aut divitiarum oleat ostentationem? Videatis heie imaginem ad fidem expressam: mensa est, cui superimponuntur atramentarium, chartae, calami, rari libri, horologium, et... pyxis optimo pulvere nicotiano referta, quo desertum viribus, defessumque labore cerebrum aspirans interdum excitet.

Assedit itaque Leo scriptoriae mensae, et folia, quae praeterita nocte descripsit, iterum ad limam revocat indeprecabilis, nec versum, nec periodum linquit nisi ad unguem absolvat. Inde manant illa miracula litterarum encyclicarum, et carminum, quae toto passim orbe laudantur, aut Flaccum, aut Vergilium, aut Ciceronem, aut Sallustum referant, quem postremum Leoni in deliciis prae reliquis aureae aetatis auctoribus tradunt. Sed iam meridiana hora fatiscentem ad prandium invitat, idque non certe opipare splendideque ornatum: sorbitione enim plerumque constat et ovis et butyro. Quid frugi maius? Quibus absolutis, si tempus concederit, in hortos Vaticanos patebit via; et Pontifex deambulaturus, aut in domo, ut ita dicam, campestri habitaturus, abit, quippe ibi villam partim restauravit, partim a funda-

mentis exstruxit, ut vinea, quam plantari iussit, ut rosas, quas *theas* vocant, ut auecupiis, pedicisque ad captandas aves, ut denique aperto et puro camporum nemorumque aere frueretur. Brevi tamen; nam Vaticanum palatium senem in custodiam sibi traditum expostulare non desinit!

SENIOR.

DE ROLANDI EXITIO

AD VALLEM RUBETI

ROLANDI fabula non modo litteras et artes Raei illius, quod medium dicimus, late occupavit; verum etiam recentiores aetates; atque apud omnes populos in deliciis fuit. Modo autem, reflorentibus apud eruditos homines de historia et antiquitate studiis, auctae pariter et circa Rolandum inquisitiones, ita ut et vita viri omnis investigari per partes coepit sit, et ipsa loca, quae, ut ferebat traditio, gesta ab eo videre, recognoscantur. Itaque de cantiunculis eius nomine exaratis alias placuit in nostro Commentario nonnulla adnotare (1); hodie novissima iuvat recolere, quae recens de valle Rubeti, iuxta quam dieitur Rolandus morti occurrisse, sapientes sunt persecuti.

Anno DCCLXXVIII, idibus Augusti, extremum agmen exercitus, quem Carolus Magnus imperator ex Iberia reducebat, a Vasconibus monticolis inopinato circumventum plane deletum est. Cognita clade redit extemplo rex cum exercitu; at cum pervenisset in campum nullos iam aggressores invenit; cum autem per oppositos imperii fines Saxones tumultuantur ad hos coereendos inultus discessit. Narrant haec regales annales atque Caroli vita ab Einhardo conscripta, haec scriptores omnes exceperunt, sed Arabes contraria prorsus tradunt. Ibn-al-Athir auctor est, qui XIII ineunte saeculo scripsit, a Turcis Caesaraugustensibus Gallos, iam extra Arabum fines egressos, fuisse fusos.

Forsitan ex utraque traditione comperimus Mahumetanos incitasse Vascones ad pugnam, cumque iis simul in abeuntis incidisse.

Quidquid fuit, indubium manet luctum regis maximum extitisse, miramque cladis huius me-

moriad non apud Gallos tantum, quos tetigerat, sed etiam apud reliquos Europae populos tamdiu servatam quamdiu Rolandi Britonum comitis, qui in ea cecidit, clarum nomen insomnit. Quae tamen insolita videri posse nemini existimo, qui consideraverit quam late tune temporis epica carmina in Galliis florerent. Huius namque poeseos in dominium Rolandi quoque gesta cesserunt, atque antiquissima poemata sub titulo *Chanson de geste* argumentum inde sumpserunt, quorum quod novissime conditum est ipsius herois nomine insigne *Chanson de Roland* anno MLXXX exaratum tradunt. Carmen cecinerunt ubique sua quisque lingua Europae populi, Iberi, Itali, Angli, Germani, ipsique Dani, Scandinavi, Thulenses.

Attamen ad illud tam late vulgandum, praeter ipsum versuum argumentum, bellicum quidem maximeque christianum, contulit etiam loci situs, qui cladem illam Rolandi vidit. Illius enim per vias mille fere annos peregrinantes omnes pertransiere, qui Gallaceiae fines petebant, atque S. Iacobi sepulcrum totius Iberiae palladium. Tunc conditum ibi hospitium est ad eos excipiendos, proximum quidem veteri sacello ipsius Caroli iussu constituto, ut suorum militum Manibus piaculo esset. Custodiebantur quidem in sacello insignes cladi illius memoriae Rolandi arma, gladiumque celeberrimum clasicumque, quo ut regem ad auxilium revocaret, cecinerat. Erat quoque proxima et rupes per iectum gladii potentissimi bians, quam comes, ne in hostium manus proprium ferrum incideret, ut illud frangeret, moriturus percusserat, et fons purus, cuius aquis postrema vice sitim extinxerat.

Atqui Rolandi comitis atque Oliverii, socii eius fidelissimi, arna hodie quoque a sodalibus Augustinianis, qui sacellum colunt visitantibus ostenduntur, sericeaque Turpinii Episcopi calceamenta, quae una cum iis pari fide asservantur. Viatorem credere reliquiis nec iubent quidem nec suadent Iberi; sit itaque et vobis, lectores, aequa dubitandi libertas. Accedit proxime ipsa in planicie, per quam ab hospitio ad Burguetum oppidum fit iter, aliud sacellum in praesens



Leo PP. XIII in hortis Vaticanis ambulans.

(1) Cfr. an. IV n. XIII.

incolument Divino Flaminii sacrum, cuius sub solo vetus traditio docet ossa fuisse recondita militum, qui armata manu ea die occubuerunt.

Simplex quidem sacelli exstructio, eaque sane quae facile octavo saeculo tribuatur, at recentiorem eam esse probabilior tradit opinio, conditamque primum saeculo XII ut peregrinantibus foret sepulcrum. Sed si quae pie ostendunt monachi et incolae parum vera esse quis eredat, recogitetur oportet quot millibus peregrinantium illis respondere opus fuerit, loca memoriasque pugnae curiose seiscitantium atque inquirentium. Inde orta paulatim ignota historiae documenta, atque mixtae veris fabulosae memoriae ostensae.

Ceterum pleraque de proelio illo celeberrimo ipsi loci incolae antiquitus ignorabant, docuitque eos primus Rodericus Toletanus, qui Iberiae historiam saeculo XIII conscripsit. Serius tamquam Ibericam victoriam placuit proelium considerari, atque saeculo XVIII ineunte, crux monumento posita est, eique insculpta inscriptione ad celebrandam Iberorum virtutem. Hanc Galli milites anno M DCC XC IV, Iberiae fines transgressi, solo æquarunt.

Contra ex summa antiquitate Carolum etiam Imperatorem erucem eo in loco constituisse constat ex itinerariis, quae adhuc supersunt a peregrinantibus descriptis. Quae crux vocabatur quidem « crux Caroli », atque viam domina-

batur omnem, quam Romani praetores primi aperuerant, quamque Gallorum copiae, in Iberiam ingredientes vel discedentes inde, calceaverant: eam enim viam Carolus ipse refererat.

Attamen, etsi falsa nonnulla tradant, monumenta tamen, ut plerumque solent, verius semper quam poemata loquuntur; in his enim neque ipse locorum adspectus, neque pugnae eventus, neque Rolandi mors satis integra fide tradita perleguntur. Locus enim apertissime patet etsi montibus circumseptus, minimeque, ut Rolandi carmen mentitur, asperis iugis est vallatus et praeruptus. Eadem dicenda de ipsa pugna, qua forte monticolarum congressu ex Ibañetae summis iugis commissa, inde repulso agmine Gallorum, qui gravi armatura præpediebantur, in vallem, Arabes supervenientes circum eos ad unum usque necarunt. In carmine contra Arabes ad quadringenta usque militum millia in campum descendunt, quos Galli equites antequam occumbant omnes interficiunt: mox Rolandus ipse vulnerato hostium duee, telum accipit victorque atque campo potitus moritur.

Carolus ad auxilium vocatus, advesperante die adest; at sol, – ita fabulatur cantiuncula, – immotus stetit in caelo, ut potestatem regi daret Arabes ad Iberum usque flumen persequendi et cladem a suis acceptam ulciscendi:

XVII. QUERCUS ET ARUNDO.

*Affata est humilem cannam sic ardua quercus:
– « Quam natura tibi dura noverca fuit!
Vix ubi te levius tetigit pede regulus, icta
Ac velut immani pondere pressa, gemis.
Si placidam zephyrus faciem demulcit aquarum,
Incurvas subito flexile, ricta, caput.
At mea Caucasiae rupi frons aqua, retundit
Igniferum solem, fulmineosque notos.
Moltior aura tibi furialis creditur; in me
Munus flabelli saevior Eurus agit.
Saltem si patulo sub tegmine nata fuisses,
Arbuscus ingens ferre quod Arbor amo:
Exigeres mediis in tempestatibus, umbris
Tecta meis, laetus inviolata dies.
Te sed terra juvat plerumque palustris et ima,
(Spreta mihi) sceptro quae patet Aeolia.
Te miseram! cui dura fuit natura noverca».
Desierat quercus; talia canna refert:
– « Haec tua te pietas commendat, et esse benigno
Arguit ingenio; sed mihi nulla time.
Flector, non frangor; nimborum, dira minantur,
Vis metuenda tibi, non metuenda mihi.
Hactenus immissas risisti, immota, procellas;
At nondum pugnae finis adest, nec apex».
Dixit et a gelida rex Aeolus evomit Arcto
Monstra ignota prius: flamina turbinea.
Demittit lere collum arbuscina: mole sua stat
Arbos; at renti vim geminare suam.
Vim geminant, donec relvant sternantque superbam,
Quae pede tangebat tartara, fronte polum.*

XVIII. CONSILIVUM A MURIBUS HABITUM.

*Insignis quandam, Rapillardus nomine, fœles,
Ungue potens animal, nec minus ore vorax,
Murinas animas tot in ore truserat, ut via
Ampla e gente foret parva relicta manus.
Relliquias generis, sub humo latitare coactas,
Altera vastabat pestis: oborta fames.
Nec miseri mures aelurum posse putabant
Sic saevire, nepos ni foret Eumenidum.
Forte nepos aberat: consenderat edita tecta,
Sponsam noctiragam qua sibi deligeret.*

Ganellonis comitis proditio extrema additio est, ut populari studio in Rolandum heroem satisficeret. Concludendum itaque Rolandi carmen etsi antiquitus ferme ex ipsa rerum locorumque integra notitia fuerit conflatum, tamem progressu temporis ita a poetis fuisse exornatum, ut vix aliquid e pristine veritate retineat; haec novissima forma redactum nos quoque accepimus, recentioresque vates recinuerunt.

I. ANTONELLI.

EX AMERICIS

De mercatoriis Americanorum indicibus.

SUA cuique genti industria operumque diligenter; sua cuique nationi indoles et virtus. Quis autem, ceteris gentibus inspectis, neget, Americanorum indolem fuisse et esse mercatoriam? Ingentes mercatoriae societas, quae hisce terris orsa ceteras gentes mirum quantum percurrent et angunt, satis de re præbent argumenti. Nihil igitur mirandum, si Americani mercaturae lucisque gratia se hue illuc non tam conferunt, quam nescio qua temporum angustia pressi rapiunt; tempus enim apud Americanos auro sane carius! Quo fit ut negotiatores illi nova proponant, propositaque aggrediantur, quo mercatura, duce Americano

*Quacum dum celebrat raga bacchanalia, mures,
Qui superant, tuto clam coiere loco.
Tum, quem commendat prudentia rara, decanus
Assurgens, roces has dedit ore grari:
– « Esse, morā nullā, Rapillardī tinnula collo
Aera aptanda, gradum queis sonet ipse suum.
Aere sonante, carum repetendum cuilibet; unum
Muribus afflictis hoc fore praesidium».
Assensore omnes seniori; posse nec ullā
Arceri, affirmant, certius arte necem.
Quis tamen haec necat crepitacula? « Non – ait unus –
Tantum desipui, munus ut illud agam».
Abnuit alter opus, febrim causatus iniquam
Re sic infectā, quisque redire domum.
O quoties nostro pariter consperimus aeo
Illustres coetus expediisse nihil!
Nec mures aderant, sed gens adoperta cueullis,
Aut chorus a canorum nomine conspicuus.
Consilium quaeris? tibi consiliantur amici
Mille; rogas factum? facta nec unus habet.*

XIX. LUPUS ET VULPES, SIMIO IUDICE.

*Implebat resonos lupus olim questibus agros,
Dum sibi (quis credat?) prandia rapta dolet.
In ius ille vocat furti de crimine vulpem,
Utpote quam furem publica fama canat.
Simius his index; nec res commissa patronis,
Sed causam voluit dicere quisque suam.
Par Themidi non incubuit labor ante, peritis
Iuris et historiae si qua adhibenda fides.
Sublimis solo, sic index aure laborat,
Sic cerebro, sudor multus ut ore fluat.
Obiiciunt, instant, urgent, responsa refellunt;
Alternā reboans curia voce fremit.
Arbitri ut technas amborum sentit: « Amici,
Egregie nori vos, neque nuper, – ait. –
Ambos multabo: nam tu, lupe, non tibi rapta
Poscis; tu, vulpes, raptor es ille tamen».
Iudicis huc recedit mens: plecti iure scelestos
Posse, tegant quamvis arte doloque scelus.*

(Ad proximum numerum).

rum fortuna, gentes in dies

Itaque ut ea cognitio quam torii adhibentur mereaturos. At et ceteris gentib[us] quidem neque dus illorum in et fere incredibilis urbem quamlibet ipsius oculis in

Quum ne ex mini fumigantur tabulas ferreis illum rerum litore reae vectores in tiiores, ubi et queant mercari gressi domicilia ruinae dedita. opinionem variam qui accolam interdum iacent areae, virianis tamen in areae fronte, asurgunt venalium. Quae quamvis alosque taedio nobis tamen auribus aliquae hic illie cedant, aedificiorum, immanibus sunt atque industria adspectabiles. Ad mur, qui casae in aliaque esculentia qui currum teguntur sunt indices, eu angiportus.

At ambulando etriko insiliamus spicimus, sed contentum enim in rerum venalium vium omnium vero quum vix bis obvenit vir, que braccis innotitas, quadratae catoriis signis fertas transit vi coniicant oculos pervenient soni se viatores et adventat tenetque versos; sequitur conspicua rerum

Spectatum c
Haec de indi forma. Soli raro sed imaginibus Quae imagines, vi saepius deve lius captant sp radians referebant quae scintillis c

rum fortuna, Oceanum transeat et alias inter gentes in dies floreat.

Itaque ut earum, quae venum eunt, rerum cognitio quam longissime diffundatur, mercatorii adhibentur indices, qui lectores allieant mercaturos. At equeid hoc singulare, quum idem et ceteris gentibus mos sit eadem consuetudo? Res quidem neque singularis neque mira, sed modus illorum indicium et copia miranda prorsus et fere ineradicibilis. Agedum, lector, et mecum urbem quamlibet Americanam accedas, ubi tuis ipsius oculis indicees inspicias.

Quum ne extremi quidem urbis viei, nec camini fumigantes in aspectum cadant, magnas tabulas ferreis viis videamus appositas, ac venalium rerum litteris inscriptas. Itaque viae ferrareae vectores in urbem profecturi iam fiunt certiores, ubi et quanti, quae desiderant commode queant mercari. Suburbanos deinde vicos ingressi domicilia praeterimus tuguriis similia ac ruinae dedita. Muris vero et fenestrarum praeter opinionem varii et discolorum affixi sunt indices, qui accolae de rebus venaliciis edoceant. Pergamus. Inter densa domorum dumeta apricæ iacent areae, vacuae quidem et steriles, Americanis tamen nequaquam inutiles. Quippe ab areae fronte, quae ad viam vergit, tabulae asurgunt venalicia praeconio suo praedicantes. Quae quamvis amoenitatibus minus convenient oculosque taedio nonnunquam afficiant, negotiatoribus tamen aurifodinae fiunt. Porro quum domus aliquae hic illuc vicinas magnitudine longe antecedant, aedificiorum partes, quae excelsae superant, immanibus rerum venalium signis depictae sunt atque induatae, oculis vagis iam procul adspectabiles. Ad viam reversi currus conspicimur, qui casae in modum teeti, lac et carnem aliaque esculenta culinis afferunt. Quid? Illis, qui currum tegunt, tabellis mercatorii impacti sunt indices, eoque in quadrivio delati et in angiportus.

At ambulando defessi, quiescendi causa eletrico insiliamus vehiculo. Sedemus iam et suspicimus, sed oculis vix fidem praestamus; emitent enim in summo vehiculo multicolores rerum venalium litterae, ea ratione oculis ciuium omnium et advenarum subiectae. Tum vero quum vix vehiculo eximus, procerus nobis obvenit vir, qui rubris et albis caeruleisque braceis indutus atque turrito petaso munitus, quadratam pate se fert cistam mercatoris signis oblitas. Publicas ille et refertas transit vias, facitque, ut omnes in ipsum coniiciant oculos. Nec satis. Suaves ad aures pervenient soni: concurrunt pueri; commovent se viatores et rhedae; musica deinde cohors adventat tenetque omnium oculos in se conversos; sequitur denique hercule! - currus, ex quo conspicua rerum venalium eminent signa.

Spectatum admissi risum teneatis amici?

Haec de indicibus; nunc pauca de indicum forma. Soli raro palam sunt collocati indicees, sed imaginibus plerumque et picturis stipati. Quae imagines, quum ex effrenata imaginandi vi saepius deviant, monstruose effectae facilius captant spectatorum. Exemplum addueo. Pauca ante mensibus mercatorias animadvertis tabulas, quae, urbis viis appositae, caelum stellis radians referebant. Emicabat vero stella Mars, quae scintillis circumdata primum nuntium ele-

trica vi in terram transmittebat. Nuntius autem erat huiusmodi. « Ad mercatorem N.N... - Cura quaesumus, ut illa, quae venuendas, industria primo quoque tempore hue afferantur, quum ea nos prorsus deficiant ».

Haec satis ostendunt mercatorum Americanis innatum esse ingenium: inde, quum patria omnium rerum abundantia affluat, magnas illi diuitias comparant fiuntque, quoniam avaritiam aspernantur, liberales largitores. Valete...

Chicagine.

H. DOSWALD.

IN PROSPECTU VITA PAR SAECULO.

NONNE hoc, ineunte anno, gratum cuique nuncium?

Titulo igitur elucubrationis huius iam lectorum animum mihi devinci, et, quoniam in prono ac declivi res est, singulos hortor ut in adipiscendum hoc unum alacriter contendant, collatisque viribus faciant pro omnibus, quod pro sua quisque re non modo faceret, sed vel fuisse voluisse.

Semina vitae habemus in nobis, quibuscum semina mortis assidue bellum gerunt, et quoties aspiramus, quoties respiramus, edimus, bibimus, quoties imus, moramur, seu vigilemus, seu dormiamus, totidem nostrorum damna sunt temporum. Ergone omne feret punetum, qui vitae semina augebit, semina mortis vel destruat, vel auferat, vel expellat, vel saltem diminuat? An satis erit haec lugubria quovis modo seu conterere, seu dimittere, sive arecere, ut vitae seminibus et vis et honor haeret, quae debent in ipsis manere?

Quaerentes vitam diuturnam prisci illi viri, quos « Cascos » libenter ipse cum Ennio appellari, plura quaesiere modo inutilia, modo falsa, inania saepe, at non semper tamen, quibus vel minus aegra senectus, vel robustior fieret aetas, vel morbi dimoverentur, morbi, inquam, illi pallentes, quos poetae posuere, quasi excubias, saevi ante ostia Ditis. Hinc ille vere sapiens qui curis careret, quas ambitio mala, ceteraque cupiditates inducunt, quotidiana, ut ita dicam, limas, quibus vita nostra attenuatur; hinc ille vere sapiens, qui inventum suum quasi senex consilio regeret, senectutem Catoniano labore exerceret; qui, parce utens cibo vinoque, negaret gulæ quae quantitate nocent, concederet ea tantum quae necessitas postularet. Nec defuere inter eruditos, qui dicerent corruptionem, unde mors, gigni a corruptis, nam venena mortis aëre, aquis, esu, respiratione, potu cibo trahebantur, denique contactu; atque inde illa pestis divisio in epidemiam et contagium; illam ex aqua, ex cibo, ex aëre, prouti febrium pestilentialium cohors; hoc ex attactu et contactu prouti in peste, quam bunionam vocant, atque in pluribus, quae sanie taboque tum ingeruntur, tum, ingesta semel, amplificantur.

Cum itaque homines undequaque premerentur hisce mortiferis, ex cogitare pulchrum fuit, unum et singulare (ita dixere) *alexipharmacum* quo mors areceretur; morbi saltem, ne frequenter essent. Duplex hinc via; nam plerique

adverterunt animum, ex *alchimia* aevi medii prae scriptum, ad illum componendum lapidem, qui « lapis philosophalis » celebrabatur, cui erat ea virtus, ut, qui ferret, omnia nosceret; cognoscendi autem et praenoscenti omnia facilissimum esset quaque adversa aut valide repellere, aut opportune callideque vitare. Plerique contra in *alexipharmacum* inveniendum connixi sunt; et cuicunque notae sunt laudes, et quae mira decantabantur de *Theriaca* illa Aegyptia, aut Orientali, qua morbi sanarentur omnes, tum de liquore diurnae vitae, tum.... Equeid rides, candide lector? Qui ridemus de priscis, non ridemus recentiores, quos fama, credulitas opibus ditarunt egregiis. Quid, quaequo, fuit liquor ille *Le-Roi*, nisi mirabile inventum, quo nunquam et nusquam homines morerentur? Et quid egregium illud *Pagliano*, cuius aeternitati Florentiae ipsa in urbe monumentum est consecratum? *Dulcamara* quid ultra? Mutamus nomen; sed fabula eadem semper est.

Hinc mortis terror ingrumentis, ingrumentum hinc metus morborum, et prae oculis dolorum series, et series propemodum infinita gementium: inde spes emergendi tot ex malis modo experientia monente, modo scientia duce, modo - eur negem? - casu aliquo rem idoneam offrente; qua spe fit improbus assiduusque labor, quem saeculo saeculum, medicus medicis tradit ab Hippocrate illo ad nos.

(*Ad proximum numerum*).

H. DE VECCHI PIERALICE.

ANNALES

Transvaaliana pax a Batavis incassum procurata — Columbiana proelia — Regalia itinera — Serborum regis falso vulgata abdicatio.

OPTIMUM prorsus, quamvis adverso fato inane, Batavi administri, qui cum exteris nationibus negotia pertraeat, consilium fuit suscepsum de pace Anglos inter Boerosque, suo interposito officio, fovenda, et, si Deus dedisset, tandem aliquando sanctienda. Qui quidem arbitratus est se posse utiliter suam mediationem ultro Anglis offerre, proposuitque ut legatis Boeris tuta via daretur ad patriam suam repetendam, ibique concordatis cum suis imperatoribus condictionibus pacis, inde in Europam iusto mandato remearent. Angli contra obiecerunt nil iam inesse auctoritatis in legatis illis, qui in Batavia morantur, ideoque agendum rem directe tantum cum ipsis Stejin atque Sehalburger ducibus in Africa bellantibus, quibus est data potestas plenaria arbitrium, si forte vellent, de pace agitare negotia, ad ipsum Kitchener Anglorum imperatorem legatos mittere, qui ea cum Londinensis administris communicet. Res itaque eadem semper manent bellumque idem semper producitur varia partium fortuna.

*
Pari constantia pariterque inutili sanguinis effusione Columbiana atque Venezuelana seditione perdurat. Quamquam naval pugna Panama circa litus pugnatum est, absque certo exitu

tamen, absque certa victoria. Naves Columbiæ duæ inde profectæ ad Aquæ portum verterunt proras, ut ab obsessione incolas nautasque solverent, quos inimica classis oclusos metu inter munimenta cogebat. Attamen triginta usque millia passuum aberant a portu, cum perduellum binis pariter navibus occurrere. Comissa itaque dimicatio, ad quam sustinendam apparuere brevi novae insuper rebellium naves. Sed quadruplex classis ita a duplice hostili manu missilibus recte propulsatis petita est, ut recedere brevi a pugnae loco ei oportuerit, atque properare ad terram, unde ballistæ ignivomæ munito ex oppido eas confugientes tuerentur. Sed inutile alteri clas siculae iter evasit, cuius duces impares viribus sese rati infecta re Panama redierunt. Ea inter Americana classis quæ Atlantium Oceanum invigilat Colon circa portum constituit, eventus inde fraterni belli ut inspiceret, atque bellantes prohiberet a ferro itinere, quo Panama isthmus dividitur.

★

Wallensium principem Berolinum migrasse, ut feriis adasset publice celebratis natali Wilhelmi Caesaris die Anglicam Germanieamque pacem tutam firmamque durare satis ostenderunt. Ipso enim in convivio militum, quod apud equites imperialis custodiae habitum est, Wilhelmus imperator iterum dixit ipsius regis Anglorum iussu principem filium ad se venisse, tamquam pacis perpetuae atque concordiae signum. Eadem animadvertenda de proximo itinere quod imperialis Austrorum Hungarorumque haeres Franciseus Ferdinandus mox Petropolim versus suscepit. It quidem Princeps, ut Russorum Caesari gratias fera eo quod sibi imperium dederit atque dignitatem praefecti equitum Russorum. Reversa tamen agenda in itinere tradunt graviora prorsus negotia, et de commerciali foedere Russos inter et Austros constituendo, et de Serborum rege qui, Alexandro recedente, in huius locum sit eligendum.

★

Haud enim multo ante vox late manavit, Alexandri ipsius in animo esse ut regno se abdicaret, Russorumque esse consilium eius haereditatem Petro Karageorgevich committere. Qui quidem Petrus, per Helvetios fines exsul dum versatur, edictum solempne vulgavit Serbis gentibus, ut civicum monumentum collatum ponant, quo memoria fiat incensae centum iam ab annis seditionis contra Tureas, avi sui opera et mente, qui primus Serborum gentem cogit in hostes, atque liberam nationem constituit. Verum passim Serborum Russorumque diaria tamquam mentitas has voces repulerunt, aientes Russos unam habere mentem ut in Graecia sive, sive in Macedonia, vel in finitimis populis pax quovis pretio firmetur, nilque novi fiat. Quod profecto nemini, nunc saltem, displicebit.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia Chamberlain, colonis summus praefectus, eorū municipib[us] dixit edictum regium de Anglia lingua Melitae incolis imponenda sublatum

fuisse; Balfour deinde de Batavica mediatione pro Boeris loquitus est, ac pacis spem apernit, quae tamen brevi diffuxit.

In Bulgaria Kantcheff, summus studiorum curator, a magistro quadam, quem dementem affirmant, imperfectus est.

In Civitatibus federatis Americae Septentrionalis etsi de alveo manu facto per Nicaragua terras deducendo probata rogatio fuerit, tamen Roosevelt praeses de alveo per Panama effodiendo sententia sese accedere declaravit, cui plerique Senatores assenserunt.

In Gallia orationem a Deleassé administratore habitam de externis rebus legati populorum magnis suffragiis probarunt; mox servandum publicum ad Pontificem legatum confirmavere, atque sacris expeditionibus in ultimum Orientem aes publicum tribuendum decreverunt.

In Germania, quoniam fama late innotuerat de discordiis atque aemulatione Germanos inter atque Americanos obortis, Bulow comes coram oratoribus dixit quam maxime Germanorum interesse ut pax cum Americanis servetur, atque sese sperare fore ut Henricum, Germanum principem ad illos iter facientem, amica laetitia exceptum, hanc concordiam firmet.

In Iberia Villanueva, qui agricolis rebus praerat, ab officio cessit ob negatum sibi suffragium in re de locustis exterminandis proposita.

In Rumania qui aerario praerat, Palladès nomine, a munere recessit ob infirmam valetudinem.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

LUIGI CASTRO CRIMI. Il «Tempus actionis perfectæ» in Latino. Breve trattazione storica e comparativa di un Capitolo della «Scienza del Linguaggio» con due appendici. — Calathanisii ex off. Fr. Arnone, 1900.

Dum longa sapientum cohors in ea studia vehementius ineumbit, quae ad fatiscentem humanae societas reparandum statum et ad componenda iura mortalium pertinent; dumque alii arecanis rebus intenti naturae obsecuritatem perseruantur, utrique animum ad minima quaque advertentes, non desunt qui litteratos homines quasi deliros putent, si in vocabuli originem, vices, sonum, si in spiritum vocis accentumve subtilius inquirant. Ita fit ut, quibus plane compertum est, quanti momenti sit vel unius athomi in rerum natura investigatio, iisdem elementa voeum, quae humani sermonis quodammodo athomi dici possunt, studio et labore viri gravis indigna videantur. Adeo eorum quae a romanis acceperimus unum illud ferme retentum est, ut sit «optimum quisque maxime negotiosus». Quare non iniuria D. Pezzius affirmat, nimium studium utilitatis causam esse neglectae philologiae (1).

Huius perarduae disciplinae hand remisse operam dedit Aloisius Castro-Crimi, cui debetur opus anno superiori editum hoc titulo: «Tempus actionis perfectæ».

Liber is est, qui, sive ob minutarum rerum subtilitatem et copiam, sive ob ipsum peculiare dicendi genus, — habent enim artes sua quaque verba, — haud ita commode possit latine reddi; nisi forte velimus novum latinorum vocabulorum indicem condere; quod quidem ad munus nec vocati sumus a quoquam, nec vocati audiamus.

Itaque, ut multa illa paueis complectar, habes in eo libro velut summam rerum omnium, quae hactenus philologi, maxime recentiores, sive inspectis historiae monumentis, sive institutis comparisonibus, de tempore actionis perfectæ disputarunt. Ab iis enim quae primum posuit Boppus usque ad opiniones Osthoffii, Stoltzii, Mergueti, Fickii, Schleicherii, Brugmanni,

Hengelhardi, Henry, Curtii, Westphalii, Corsenii, et aliorum quos nominat usque ad cc, diligentissimi ac subtili indicio singula persequitur. Cumque alii faciem unam quaestione fere spectaverint, ipse amplectetur universam, considerans tempus actionis perfectæ, non modo ut linguae momentum, seu «phaenomenon», quemadmodum Schleicherius et Brugmannus contemplati sunt, sed etiam ut sua vice functum per singulas romanarum litterarum aetates. Idem principia quaedam novissima attingit, praesertim de «analogia» ac de «gradatione»; institutoque sermone de perfectis «historico-periphrasticis», formam «supini participialis» confert cum forma prima, seu nativa, perfecti, multa inde colligens philologiae studiosis perutilia. Suum vero, aliisque, quod sciam, intentatum opus illud est, quo usum perfecti refert ad eius nativum munus, cum eoque comparat, discurrens aetates omnes, ab antiquissimis iisque omnis generis monumentis, ad C. Tacitum; quae monumenta ab ipso producta numerum attingunt LXXII.

Sequuntur appendiculae duae, quarum altera de origine verborum «Pono» et «Quaero», altera de lege, quam vocant «Rotacismi», qua litera s, media inter vocales duas, cessit primum in z, deinde in r apud latinos.

Opus Aloisii Castro-Crimi, breviori mole quam nunc est, ad lauream doctoris assequendam exhibitum, mense Julio an. MDCCXCVIII a censoribus R. Athenaei Catanensis dignum iudicatum est quod ederetur. Nunc vero idem opus longe auctum latius proferet auctoris nomen, sibique lectores devinciet magis, quibus et praesens, de quo diximus, liber, et qui praecessit, titulo: *Quesiti di glottologia classica e romanza* (1), cupiditatem iniciunt legendi quamprimum praenuntiatum promissumque opus duplex: *Contributi ideologici nello scoglimento del linguaggio*; et *Nuovi quesiti di glottologia*.

P. ANGELINI.

(1) Catanae, 1899.

AENIGMATA

I.

Arripotens heros, Aenea stratus ab hoste,
Italiae sparsi rura cruento meo.
Litterulam praefige mihi: cito nascitur ex me
Humanos ales reddere docta sonos.

II.

Prima creatur api; labris pars altera clausa est;
Utraque mixta tibi dulce poemam dabit.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

D. TAMILIA

DE TIMOTHEI CHRISTIANI ET AQUILAE IUDAEI
DIALOGO.

Aenigmata an. IV, n. XXIV proposita his respondent:
Partus-Portus; Artus-Ortus; Arcus-Orcus.

Ea rite soluta miserunt:

Th. Vignas Sch. Piar, Roma. — Ad. Huza, Grybavia. — Car. Stegmüller, Sabaria. — St. Figiel'ski, Rupino. — I. Szymaitis, Optotokis. — Ang. Mager, Seccau. — Ad. Skrzypkowski, Srebiniec. — V. Hertel, Mendhusio. — P. G. Z., Modoetia. — Fr. Altobelli S. I., Neapoli. — Fr. Sallarés Sch. Piar, Sabadello. — Princ. Gordon, Mancunio. — Am. Robert, Marierville. — Ver. Cariolato, Vicentia. — Ios. Wabner, Varsavia Potonorum. — Petr. Garrone, Pizzana ad Vercellas. — Lud. De Rubeis, Ignacio. — F. Arnori, Mediolano. — E. Burg, Argentorato. — Ios. Walter, Neo-Eboraco. — Fr. Palata.

Sortitus est praemium

PRINC. GORDON.

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paris Phil. Cuggiani.*(1) *Rivista di Filol. e Istr. Cl. a. I.*

Westphalii, Corsenii, et
e ad cc, diligentia ac
uitur. Cumque ali fa
ctaverint, ipse ample
s tempus actionis per
momentum, seu «phae
leicherius et Brugman
am ut sua vice functum
terarum aetates. Idem
attigit, praesertim de
»; institutoque sermone
rasticis», formam «su
m forma prima, seu na
tigens philologiae stu
aliisque, quod sciam
o usum perfecti refert
o que comparat, discur
quissimis iisque omnis
titum; quae monumenta
tingunt LXXII.

ae, quarum altera de
«Quaero», altera de
i», qua litera s, media
num in z, deinde in r
breviori mole quam
assequendam exhibi
XCVIII a censoribus
n iudicatum est quod
is longe auctum latius
ue lectores devinct
quo diximus, liber, et
di glottologia classica
ciunt legendi quam
sumque opus duplex:
gimento del linguaggio;

P. ANGELINI.

ATA

tratus ab hoste,
e meo.
ito nascitur ex me
cta sonos.

Melis
s altera clausa est;
poema dabit.

FR. PALATA.
aenigmatis inter
arii moderatorem
es, unus, sortitus,
i titulus:

AQUILAE IUDAEI

posita his respondent:
s; Arcus-Orcus.

Ad. Huza, Gryboria. —
olski, Rypino. — I. Szy
Seccau. — Ad. Skrzyn
jusio. — P. G. Z., Mo
— Fr. Sallares Sch
uncio. — Am. Robert
a. — Ios. Wabner, Var
Pezzana ad Vercellias
arnori, Mediolano. —
eo-Eboraco. — Fr. Pa

opus, cuius titulus:
S LATINIS.

MPI, iurisperitus.

hil. Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM EXCELLENS, PRAEMIIS INSIGNE


ab anno MDCCCHI constitutum

Romae in Italia, Corso Vittorio Emanuele 127-129 et Via de' Sediari 1, 2, 3.

Vaticana Basilica
cam instruit, quoties
de Beatificatione aut
Canonizatione so
lemne sit.

Clientes frequen
tissimi sunt in Urbe,
in Italia et apud ex
teras gentes.

Fama
undique manavit.



Cereas faculas ad
noctem conficit, eas
que ad decem usque
ae duodecim horas
diurnas, Ecclesiis
ae familiis necessa
rias, quod pars
moniam cum salu
britate et munditie
coniungant.

Vitreas
faculas suppediat.

OPIFICII PISONI PROSPECTUS
ROMAE, Via Orti Alibert 13-15 (Lungara).

Res per omnem orbem exportatur nullo iubentium impendio

VARIA

Novus de horis monens.

Vindobona ad Istrum campestrium rerum
expositio nuper fuit. Novum ibi, quo invise
bant, horologii mirabantur genus, nam in solo
erant per orbem dispositae duodecim florū
plantarumque species, quarum unaquaeque hoc
proprium natura sibi habet, quod certa hora
calices aperiat, certa concludat. Horarum in
dices abdita sub terra machina convertebantur;
ea vero lex erat ut, indice notante spatium,
illud floreret. Mirabilis huius horologii per
fectio, quam excellentia chronometra vix aequa
rent. Triginta circiter ab hinc annis me quid
simile vidisse memini in aedibus Bolognettiis
Vicovarii: quum noctes ludis, colloquiis luc
dissimis, musica, choreisque producerentur, pos
siti super abacos per parietes aulae flores in
urceis de hora monebant. Memini etiam apud
metentes agricultorū me audivisse herbam esse
flores violaceis refertam, cuius flores hora
tertia ante solis occasum pateant, memorē
ita enim agricultorū illi credunt - Domini in
cruce morientis.

Caverna nova in Americis.

Prope urbem Butte, reipublicae Montanensis
principem, aemula speluncae, quae a Mammoth
nuncupatur, caverna comperta est, ni forte
praestet. Intra decem passuum millia hactenus
perscrutata dedit stalattites, et stalagmites mi
rabili specie, magnitudine, pelluciditate in
tuendas; flumenque subterraneum habet labens
in praeceps casu pedum centum, fragore multo
et impetu, et aquarum agmine non exiguo. Non
nulla et ibi vestigia rerum reperta sunt, quae
homines ibi olim, temporibus, quorum non est
recordatio, habitasse testantur.

Salutationis verba diversas
apud gentes.

Sinenses ubi obviaverint, pro salutatione
utuntur his vocibus: «Comedistine oryzam?». Turcae: «Matutinae secundae tibi sint horae!». Persae autem: «Tui corporis umbra ne min
uatur!». Hispani: «Dominus tecum!». sive: «Ad multos annos!». Batavi, Hollandici: «Quomodo viatis?». Slavonici: «Pax tecum!». Moschi: «Valesne?». Germanici: «Quomodo tua?». Maiores nostri Latini: «Salve!, Vale!, Ave!» secundum locum et horas. Nos Itali
nunc diversis utimur verbis iuxta regiones
mediae, superioris, aut inferioris Italiae.

Membra hominum venalia.

Medicinae pars, quam «chirurgiam» vocant,
plura ingeniose molita est ferro, auricalcho,
ebore, ligno, quibus vel abrepta, vel obrita,
vel amissa corporis, infortunio aliquo, membra
restitueret, hominemque iis redintegraret. Fa
cetus vir summum deducere volens, iuxta quam
homo integer in integrum restitueretur, haec,
qua subiiciimus, docuit.

Par brachiorum, articulatas manus haben
tium, emuntur pretio 700 libellarum. Pro utrius
que tibiae ac pedibus lib. 700. Nasus ex met
allo optime confectus, lib. 500. Dentatae
mandibulae lib. 200. Duo oculi optime nitentes,
venales habentur lib. 150. Duæ auriculae op
portuno munitae tympano auditivo, lib. 500.
Itaque tribus circiter libellarum millibus re
staurari homo potest. Quae autem ad pectus,
thoracem, et ventrem redintegrandum sunt,
nondum venalia fecerunt; nec tamen spes deest
fore ut etiam haec aliquando mutentur. O uti
nam tune! Quot cerebra, quot viscera, quot
corda mutanda!

Ioci.

Stemma foeneratoris.

Foenerator, olim Iro pauperior, ad infames,
at quidem ingentes, divitias cum pervenisset,
nobilitatis cupidine captus de stemmate cog
tabat, quum, in fundo omnes dynastae latro
cinis irrepens, vetustae domus insignia suo
stemmate supplantare meditaretur. Araldicae
doctrinae peritum hominem consultit. Hic novo:
— Cito factum tibi stemma dabo. — Tum fo
enerator curiosus: — Quodnam? — Et homo: —
Ponam flores aureos et argenteos in campo...
alieno.

P. d. V.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI

Hymn by Lord Macaulay an Effort of His
Early Childhood (Hitherto Unpublished)....by
LIONEL HORTON-SMITH. — Cambridge, Met
calfe and Co. Limited, 1902.

ALFONSO Card. CAFFELATRO. Il divorzio
e l'Italia. — Romae edid. Desclée et Lefebvre
et Soc., 1902.

P. G. ZOCCHI. Cristo nella famiglia. Ragio
namenti. — Romae edid. Desclée Lefebvre
et Soc., 1902.

M. T. CICERONE. Il sogno di Scipione. Testo
e versione per cura del Dott. Silvio Pellini.
(Seconda edizione). — Edid. Officina I. B. Pa
ravia et Soc., 1902.

Harmonie Messianique - Rédeemption so
ciale - Question religieuse, philosophique
et esthétique - Question sociale - Question
internationale par ALBERT JONET. — Saint
Raphael, ex off. Victoris Chailan, 1901.

Harmonie Messianique - Redemption so
ciale II - Question du Gouvernement par
ALBERT JONET. — Saint-Raphael, ex off.
Victoris Chailan, 1901.

CESARE CESARI. San Bernardino da Siena
o San Giacomo della Marea? A proposito di
un dipinto di Carlo Crivelli. — Mediolani,
ex off. Martinucci, MCMI.

SOCIIS COMMENTARI "VOX URBIS", PRAEMIA CONSTITUTA IN AN. MCMII



«Pallas Minerva». — ALEXANDRI PHILIPEPI (v. Botticelli) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Madonnina» RUPERTI FERRUZZI tabula, quam «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius Commentarii operculum pag. 2).



«Maria Puerum Iesum adorans» — PHILIPPI LIPPI tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis sociis dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).



«Maria Virgo Infantulum suum adorans» ANTONII ALLEGRI (vulgo il Correggio) tabulam hanc «photocromice» expresserunt (metr. 0,30 × 0,40) FR. ALINARI, Florentiae, et Vox Urbis socii dono largitur in an. MCMII. (Cfr. huius commentarii operculum pag. 2).